Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

tes putantur: sed qui mortalis fuerit & iustus: uel Minone uel Aeacum
uel Rhadamantum Corruperunt igitur poetica licentia: quod ac
ceperant: uel omnino veritatem per diuisa oris sermones que uariosque dis
sipata mutauit. Nam cum pacis apud inferos mille annis rursus ad uitam
reditu cecinerunt maxime ita dicente: Has omnes ubi mille rotam
uolueere per annos. Lethaeum ad fluuium deum euocat agmine mag
no Scilicet immemores supra ut conuexa revisant Rursus & incipiant
in corpora velle revertl Hos ratio fefellit que resurgent defuncti non
post mille annos mortis sue: sed ut refuti rursus ad uitam mille an
nis cum deo regnent: Deus h. venit ut hoc orbem ab omni labe la pur
gato diuinas iustorum animas corporibus innouatis ad sempiternam bea
titudinem suscitet: stagna preter aquam oblivionis veri sunt ceteri: quia
idcirco fuerunt. ne illis opponeretur: Cur ergo non meminerint se ali
quando uixisse. aut qui fuerint. aut que gesserint: Sed nihilominus tamen ueri
simile non putatur. & res veri velut licentem ac fabulose fictae respuitur: No
bis autem resurrectionem affirmantibus & docentibus animas ad alterum
uitam non oblitas sui: sed in eodem sensu ac figura esse redditurus: illud
opponitur: Totam secula transierunt: quis unquam unus ab inferis resur
rexit: ut exemplo eius fieri posse credamus: At h. resurrectio fieri non potest
dominante adhuc iniquitate. Hoc h. seculo necantur homines uiferro in
fidijs. venenis & afficiuntur iniuriis egestate carceribus. tormentis. proscriptio
nibus: eo accedit. quod iustitia iniusta est. omnes: qui deum sequi volunt non
tantum odio habentur: sed vexantur omnibus contumelijs. & exercitant.
multiplici genere penarum & ad impios cultus manufactorum deorum
non ratione aut veritate. sed in pandia corporis laceratione cogunturNum
igitur oportet ad hec eadem resurgere aut reuerti homines ad uitam in qua
iti esse non possunt Cum ergo iusti tam iniqui habeantur. tam facile tollan
tur: quod putemus futurum fuisse: siquis ab inferis redieni uitam posthi
mio recepisset: Auferetur profecto ab oculis hominum: ne uiso eo vel audi
to deos uanitatis relinquerent & ad unius se dei cultum religionemque conuertere.
Ergo semel fieri resurrectionem nec est: cum malum fuerit ablatum. Quin cos
surrexerint: nec mori iam ulterius nec uiolari ullo modo fas est: ut beatam
possint agere uitam: quorum mors resignata est: Poete uero cum seruet hoc
seculum malis omnibus redundare oblivionis amnem induxerunt: ne
malorum aut laborum memores animae reditu ad sipos recusent: Vn
de virgilius: O pater an ne aliquas ad celum hinc ire putandum est Sublimis animas iterumque ad tarda reuerti corpora Que lucis miseris tam

Virgilius de resurrectione mortuorum